[illegible] alius minus· Omnes tamen ad unam
mensuram uenere gomor· neque qui
plus collegit abundabit neque qui
minus minorauit· Ita quoque do
mum scilicet ipsius ex scripturis non
omnes equaliter accipiunt· sed tamen
omnes ad unam beatitudinem perue
niunt· Est autem scriptura sacra
quidam fluuius magnus et paruus·
in quo et elefans natat et agnus
pedibus ambulat· quia in scrip
tura et simplices cibum suum
reperiunt et magistri atque doctor
es ecclesiae ubi sensus exercitent
inueniunt·; Et sustulerunt
quod superauerunt de fragmentis
VII sportas·; Hic dominum miraculum
augmentatur·; Si enim ex sep
tem panibus IIII milia hominum
saciata nil remansisset mag
num miraculum fieret· sed cre
uit uirtus atque miraculum
non solum ex septem panibus
quatuor milia hominum saci
antur· sed etiam tot fragmen
ta remanent ut septem spor
te replerentur·; Recteque
que in alia reffeccione que ex
quinque panibus facta est· XII
cophini remanserunt quia
iudaicus populus duodecim
[illegible] pleri[illegible] ipsum adsucum
[illegible]

[illegible] autem ex septem pa[illegible] iuxta nu
merum panis [illegible]
ecclesia [illegible] gentibus collecta [illegible]
formem gratia ipsius sancti gubernatur re
creatur atque reficitur·; Unde et ipso
et figura Iohannes euangelista in apocal
ipsin sua VII ecclesias enumerat· nec
non ad VII candelabra aurea et
VII cornua agni·; Unde et Zacha
rias propheta ait· in lapide uno sep
tem occuli sunt·; Et sustulerunt
in quid VII sportas·; Sporta quip
pe ex iunco et palma efficitur· Iun
cus enim iuxta praeter fluentes aquas
nasci solet·; Palma autem dicitur
quasi pabisalma ex qua uictores
coronari soliti erant significant
uero precordia sanctorum·; Et recte per
iunguem precordia sanctorum figurantur
quia sicut iuncus iuxta praeter flu
entes aquas nascitur· ita quoque
precordia sanctorum iuxta fonte scrip
turarum commorantur ne uiridi
tate fidei ammittant·; De qui
bus per prophetam dicitur·; Et erit tam
quam lignum quod transplantatum
est·; Et bene per palmam precordia
sanctorum fortia que uirtutum oper
rantur·; Non solum contra aere
as potestates in celestibus sed etiam
contra prauos persecutores fortes
existunt·; Iuxta domini admoni
cionem· estote fortes in bello·;